

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Prelacio be
cum fonte primo

Canales hodie in ecclesia multos
habemus, conchas autem perpaucas.
Tante caritatis sunt per quos nobis
fluenta caelestia manant
ut ante infundere quam infundi uelint,
loqui quam audire paratiores, et prompti
docere quod non didicerent, et aliis
preesse gestientes qui seipsos regere
nesciunt.

Bernardus super Cantica.

Verum
canales hodie in Ecclesia multos
habemus, conchas vero perpaucas.
Tantae caritatis sunt per quos nobis
fluenta caelestia manant,
ut ante effundere quam infundi velint,
loqui quam audire paratiores, et prompti
docere quod non didicerunt, et aliis
praeesse gestientes, qui seipsos regere
nesciunt.

Bernardus Claraeuallensis, *Sermones
super Cantica canticorum*, 18, 3 (SBO 1,
J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais
eds., p.104, ll.24-28).